



CONSILIUM
NICOLAI CLENARDI,

*Quod extat lib. 2. epistolarum pag. 192.
& seqq. editionis Wecheliana.*

Johan. Henricus Alstedius lectori
philologo S. D.

H*ominis est, lector, homini prodesse,
nocere nemini. Id mihi curæ, Deum
testor, id mihi cordi, ut ego, ut mea mihi cor-
di & curæ. Quod si hæc virtus (absit arro-
gantia dicto) provocat quorundam invi-
dorum virus, quid mirum? Hoc namq;
ævi videas sat multos, qui ipsi nil probant,
nisi quod ab ipsis. Atque hæc est illa *φιλαυ-
τία*, quâ fit, ut homo se non videat, alios non
videat, aliis invideat, alios rideat. Tu, can-
dide lector, hos averfare, & pro candore tuo
ea boni consule, quæ à discendi cupidis profi-
ciscuntur. Talia sunt, quæ tibi visenda &
judicanda offero è Nicol. Clenardi eminent-
tis Philologi epistolis excerpta. Tu vi-
de, num videri debeant.*

Vale.

NICO.